



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119207**

§. 123. Francisci Barberini Cardinalis obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

**Sæc. XVII.** incedentibus peccatorum veniam dē-  
A. C. 1679. garent; ac insuper indicta mortis pœna  
 Sartoribus vetuit, ne ejusmodi vestes  
 conficerent. Denique omnibus Cleri-  
 cis vestimentorum & conviviorum lu-  
 xum, Cardinalibus vero theatralium  
 ludorum frequentationem interdixit.

## §. CXXIII.

*Francisci Barberini Cardinalis obitus.*

*Ciacon. in  
 vita Ur-  
 ban. VIII.  
 Purp. doct.  
 lib. 6.*

**H**oc anno Franciscus Barberinus Ur-  
 bani VIII. Pontificis Nepos vivere  
 desinit. Hic Florentiæ natus, literisque  
 sacratioribus apprime instructus, a Pa-  
 truo suo Purpuratorum Collegio anno  
 hujus sæculi vigesimo tertio adscriptus  
 est, ac variis Præfecturis, aliisque ho-  
 norificis juxta ac onerosis muniis præ-  
 positus, Sedis Apostolicæ Legatus ad  
 Franciæ & Hispaniæ Reges decerneba-  
 tur, inde vero redux, Urbinatensem  
 atque Avenionensem Legationem sum-  
 ma cum laude obibat; nec tamen æmu-  
 lorum invidiam declinare poterat; ho-  
 rum enim livore, communibus cum  
 ceteris Barberinis calamitatibus invo-  
 lutus, in Gallias nocte intempesta pro-  
 fugere compulsus est, ubi tamdiu exul  
 hæsit, donec defervescente Innocentii X.  
 ira male concepta revocatus, agnita  
 innocentia a Pontifice variis honori-  
 bus

bus cumulabatur: ipse vero deinceps Sæc. XVII.  
A. C. 1679.  
nonnisi pietatis exercitiis intentus, pauperes ægrotos medicinis, egentes vero familias, quas pudor a colligenda palam sipe retraxerat, quotidiano victu sublevabat, Mariæ etiam Henriætæ Angliæ Reginæ post Mariti sui capite plexi necem quotannis sexaginta florenorum millia, totidem Bavarix Duci contra hæreticos pugnanti, plura etiam Venetis Turcico bello implicitis dono transmissit. Egregius etiam eruditorum fautor, ac doctrina, rerumque antiquarum cognitione nulli secundus Bibliothecam longe celeberrimam Romæ extruxit, ac ubique immortalē liberalitatis suæ ac beneficiorum memoriam omnium cordibus inscriptam reliquit. Decessit tandem meritis & annis plenus die nona Novembris, annos natus octoginta duos.

## §. CXXIV.

*Giberti Borromæi Cardinalis extrema.*

Hujus fatum præcesserat Gibertus Borromæus patria Mediolanensis, Old. in add.  
in Ciacon.  
Eggs Purp.  
doct. p. 424.  
qui emenso Studiorum curriculo Doctoris honores emeruit ac Præsulari veste indutus, paulo post Ferrariensi Legatione honoratus est, quam etiam ob singularem justitiæ amorem, raramque

E e 5

in